

datum est ei per gratiam conditoris, ut insufficientia ipsius amminiculis adiu|vetur, ne, quod fideliter ac utiliter ad honorem agitur Iesu Christi necnon sustentationem | eorum, qui ad divine contemplationis archana sanctis desideriis iugiter accenduntur, | pereat aut inutiliter evanescat. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, | cum super pietatis operibus promovendis velimus semper esse benivoli et intenti, villam, que | dicitur Parvum Wizen, et tertiam partem foresti in Wizen, que bona Boyzlaus | de Wizen a burchgravio Alberto de Liznic iure tenuit feodali, que bona resigna|vit dicto burchgravio idem miles et que bona cum omnibus pertinentibus ad eadem | ad resignationem eiusdem burchgravii libere et voluntarie nobis factam in remis|sionem peccaminum nostrorum et progenitorum nostrorum et ob reverentiam Iesu Christi ecclesie | in Buch et religiosis ibidem deo iugiter famulantibus, qui se et sua penitus | abnegarunt, iure omni proprietatis contulimus in perpetuum possidenda, cunctis in | evum temporibus inconcusse. Ut autem huiusmodi nostra donatio stabilis maneat atque | firma, in testimonium presens scriptum dedimus super eo nostri sigilli munimine robo|ratum. Dat. Suseliz anno domini M^oCC^oLXIII^o, X kalendas iunii.^{a)} | Huius rei testes: Albertus burchgravius^{b)} de Liznic, Iohannes burchgravius de Liznic^{c)}, M(einherus) | de Vizenburc, Volradus et Vlricus fratres dicti de Coldiz, prepositus Witego de Nort|husen, Albertus dapifer de Burne, Henricus camerarius de Gnanenstein, Arnoldus | de Polseniz, Conradus de Landesberc, Conradus de Luppe, Ottho de Poziz | et alii quamplures.

(SP.)

240.

Markgraf Heinrich von Meißen überträgt mit Zustimmung seiner Söhne, des Landgrafen Albrecht von Thüringen und des Markgrafen Dietrich von Landsberg, dem Zisterzienserkloster Buch das Dorf Kleinweitzschen und den dritten Teil des dortigen Waldes, die Bojslav von (Klein-)Weitzschen von Burggraf Albero von Leisnig zu Lehen getragen und diesem zur Auflassung der Güter an Markgraf Heinrich resigniert hat.

1264 Juni 8, Seußlitz

Original: Berlin, Geheimes Staatsarchiv Preußischer Kulturbesitz, VII. Hauptabteilung (Allgemeine Urkundensammlung), Abt. B (Museumsurkunden), Nr. 8 (A) — Provenienz: Buch, Zisterzienserkloster — Pergament: 25,8–26,6 cm breit, 23,6–24,2 cm hoch, Plica

239. a) Die Datierung ist von erster Hand mit derselben Tinte geschrieben worden; Posses Angabe (ders., *Privaturkunden*, S. 108, Anm. 4, und S. 113, Anm. 1), dass das Datum von A mit dunklerer Tinte nachgetragen worden sei, trifft nicht zu. Auffällig sind jedoch die größeren Abstände zwischen den auf domini folgenden Wörtern, die tatsächlich auf einen Nachtrag von Jahreszahl und Tagesdatum hindeuten könnten, was aber letztlich nicht sicher zu entscheiden ist, da der Schreiber auch deshalb größere Abstände gelassen haben könnte, um die Zeile mit der Datierung abschließen zu können.

b) behgravius ohne Kürzungszeichen für ur A.

c) sic A, statt Witin (vgl. etwa Nr. 240 sowie das Namenregister in diesem Band s. v. Wettin).